

tio facta sit rebus stantibus, finitoque officio accusatio profes-
qui poterit, ad eundem Clar. in d. §. fin. quæst. 57. uerf. habet
etiam locum.

43 Obligitur & tertio. Non constare de matrimonio inter ma-
ritum hunc, & Adulteram, poterat si etiam obijci non con-
stare de delicto; Quia t̄ sic non est nupta, Adulterium cum
isto soluto, & sine vxore committi non potuit; verum quia
authoritates super isto puncto eleuata, loquuntur sine dubio
ante Sac. Concilium Tridentinum sessione 24. De reforma-
44 tione matrimonij, capit. 1. cum t̄ hodie matrimonia non pos-
sint inter christianos fieri, nisi publicè, notoriè, & in faciem
ecclesiæ; Tale notorium sufficit allegasse, vltra quod omnes
restes examinati firmant hanc mulierem fore, & esse d. mari-
ti vxorem; adeo quod similes cauillationes, & alia quæ con-
gerit Dec. in conf. 162. hodie nil valent. Cessat etiam, quod
non sit probata fama talis Adulterij, & utinam pro seruitio
amborum non esset plusquam probata; Maiores enim quan-
cunque alia fama sunt defensionis prædicti Adulterij factæ,
ut dixi supra ad excludendam panam, non delictum, cum
quibus probationibus multum bene lauauit camisiam huic
Amasiam suam, sed demonstrando eandem non solum meretricem,
sed publicam, tales defensionis non tidi, nec uidere curaui,
quia tangunt, ut audio, & Presbytereos, & Fratres, &
Monachos, quos omnes Deus benedicat.

Sed quia post talia lauamenta nititur amicus illa ad nihilū
reducere, eo quia excipiendo (ait) sic probauerit; Quibus
exceptionibus stantibus non propterea intellexit Amasiam pu-
niri. ad Bartol. in l. 2. §. si publ. ff. de Adultr. per Ang. Arer. in
d. §. 1. sub num. 26. uerf. uideamus nunc an crimen deductum
per viam exceptionis, &c. Instit. de except. cum siml. Re-
medium est, quod interim per maritum reproducantur ista
lauamenta, & quod eorum vigorem procedatur contra ipsam
45 ad pœnas t̄ iuris, & ad dotis ammissionem, seruando ea,
quæ ponit Bart. in d. §. si publ. num. 20. & melius per Clarum
d. §. fin. q. 19. & quæst. 53. uerf. dixi etiam ad fin. cum referua-
tione agendi criminaliter suis loco, & tempore, qui iudex
46 eandem condemnare poterit t̄ in ammissionem dictæ dotis t̄
de iure Ciuili, quam Canonico, Clar. in d. §. Adulterium uerf.
& scias quod hoc casu &c. per Petrum de Gherard. sing. 48.
per l. ex confensu, C. de repud. cum vulg. Et cum iam d. mu-
46 lier probata sit in dictis lauamentis publica t̄ meretrix, eius
maritus iam nunc poterit eidem denegare alimenta, & ean-
dem propria autoritate exemplare, Clar. ubi supra uerf. Alia
quoque, ibi, quinimo si crimen est notorium: A talibus ergo
commertijs, amicitijs, Colloquijs, & solitarijs Tractatibus,
ostio clauso licet sub meridie, & licet masculus & femina nu-
di non sint, libera nos Domine: Nam nec in minimijs, &
scenicis nugationibus, Adulteria, & matrimonia consumun-

tur, sed per acta, a spectatoribus subintelliguntur: finito itaq;
officio prosequi poterit processus iste, & non obstant pra-
48 ua consuetudine, t̄ quod hodie impunita euadant Adulteria,
non est tamen viqueaque vera talis consuetudo, cum sal-
tem ex quod sumus in prohibitis, stantibus verbis ut supra re-
citatis in ordinibus suæ celsitudinis, ex quo homo reperitur
offensus in honore, poterit procedi etiam si nulla pœna foret
pro Adulterio imposta, per tex. in l. nemo Martyres, C. de
Sac. Sanct. Eccles. quem tex. in proposito citat Beilon. consilio
49 43. num. 13. Imò ex quo Adulterium est t̄ nomen criminis
etiam si priuatum sit, ipso marito amplius non prosequente ex
officio procedi poterit, licet imposta non reperiat in dictis
ordinibus pœna corporalis, nec pecuniaria, extraordinarie ta-
men puniri possit; Idem Clar. in d. §. fin. quæst. 17. uerf. post
med. Nec est verum, ut dixi, quod indistinctè praua consue-
50 tudo feruetur, nam ad t̄ hoc ut indistinctè feruetur consuetu-
do, oportet, quod omnes tali consuetudini consentiant; At
nulli maritorum certè placet, ut credo; Dixerit quicquid vo-
luerit ille Paris, quia credo multo plures esse maritos, quibus
displicet talis consuetudo, quam Adulteros, quibus illa pla-
cet; sed ut dixi, non est indistinctè vera, ut per Menoch. d.
tract. de arb. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 98. num. 25. & aperta est
51 decisio Gram. 31. verum non esse quod adultera non punian-
tur, sic etiam dicimus t̄ vxorem non posse puniri crimine ex-
pilatæ hereditatis, Idem Menoch. loco citato casu 300. in fi.
& tamen legitur vxorem pro tali crimine fuisse tortam, &
pro furto condemnatam, Sar. decis. 61. nu. 16.

Sed de his hæcenus: Reuertamur omnes vnde discessi-
mus; Reuertatur hic adulter ad patriam suam Bon... Reuert-
tatur ista mulier ad reiratas, Reuertor ego ad labores, à qui-
bus hic scribendo paululum me retraxi, quod aliquando lice-
re voluit ex mente aliorum, Menoch. sæpe citato tractatu de
arb. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 78. in fi. ficuti, & Mars, & Venus
postquam nullo modo adulterium celare potuerunt, Vulcano
precibus Neptuni deuictus, postquam vincula soluit, ut ce-
cinit Idè Poeta, Mars patriam Creten. Venus reuifit Paphon.
Non vultus te xisse suos, non denique possunt
Patribus obscenis opposuisse manus.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora; Mars Creten, occupat illa Paphon.

Et ut perfectum finem habeat hæc fabula, quia congruit
in vltimo actu ipsum matrum in scena cum ceteris stare, ut
omnes sic reuertantur, & ut talis reuersio, unde discessimus
omnes ut supra fiat, sit certus maritus ipse, profecisse in tali
querela eo modo, quo profuit Vulcano Adulterij prædictum
promulgasse, vnde sequitur.

Hoc tibi profecit Vulcane, quod antè tegebant,
Libentius faciunt, & pudor omnis abest.



§. ASSASSINIVM.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Quis dicatur assassinus in materia capit. primi de homicidio, in 6.
- 2 Et an ad hoc, vt quis dicatur assassinus, requiratur, quod cõstat occisum fuisse Christianum.
- 3 Et an episcopus assassinus comprehendatur in dispositione di-cti cap. primi.
- 4 Quæ sit pœna assassinij.
- 5 Et an assassinus sit tutus immunitate Ecclesiæ, si ad eam con-fugiat.
- 6 Et in crimine assassinij requirantur plenæ probationes vtin alijs criminibus.
- 7 Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiamsi non sit secu-tus effectus.
- 8 Et an Clericus assassinus possit puniri a iudice laico. Remissi-ue.

Ex Additionibus.

- 1 Assassinij qui dicantur, & vnde effluxerint.
- 2 Assassinium an committat vulnerans pro pecunia non secu-ta morte.
- 3 Assassinium quomodo probetur.
- 4 Pirata non dicitur assassinus.
- 5 Assassinus non est propriam iniuriam vlcisens, socijs pecu-nia conductis.
- 6 Assassinium non inducitur ex generali, & incerta promif-sione.
- 7 Assassinus non dicitur delinquens spe, vel gratia sine prom-issione.

- 8 Assassinus non dicitur accipiens pecuniam pro expensis ran-tum faciendis.
- 9 Pecunia data pro assassinio cui sit applicanda.
- 10 Assassinus non dicitur occidens sub spe equi sibi donandi.
- 11 Assassinium non committit interficiens sub spe consequendi hereditatem occisi.
- 12 Appellatio non admittitur in crimine assassinij.
- 13 Assassinium requirit occisum esse Christianum.
- 14 Et in dubio interfectus præsumitur Christianus.
- 15 Baptismus viuens an præsumatur in dubio.
- 16 Baptizatus præsumitur qui ex Christianis natus parentibus inter Christianos fideliter est conseruatus.
- 17 Baptismus unico teste probatur.
- 18 Assassinus clericus puniatur per Iudicem laicum.
- 19 Diffidatus quis proprie dicatur, remissiuè.
- 20 Assassinij pœna non tenetur inquisitus de auxilio.
- 21 Assassinij pœna non tenetur mandans, si mandatarius præ-mio, & particulari odio motus est.
- 22 Assassinium quibus argumentis probetur.
- 23 Et an per socios criminis remissiuè.
- 24 Assassinij crimen est enorme, & atrox.
- 25 In omnibus licet iura transgredi in puniendo.
- 26 Magistratus maiores qui dicantur.
- 27 Sicariorum, seu assassinorum origo.
- 28 Assassinij pœna circa mandantem, & mandatarium, qua sit in Regno Neapolitano.
- 29 Assassinij affectus puniatur, licet non sit secutus effectus.
- 30 Clericus an possit puniri de assassinio a Iudice laico.

A D D I T I O N E S.
Ad §. Assassinium.

Assassinus ille est. Adde assassini qui & vnde fluxerunt, vt per Iacob. Menoch. Tract. de arbit. iud. cas. 360. nu. 41.

§. ASSASSINIVM.

Assassinus est ille, qui al-
quem Christianum occi-
di pretio mādāt alteri, sine in-
fidelis, siue Christiano. Et hæc
est comm. opin. vt dicit Aret.
conf. 163. post nu. 17. vbi sub-
dit, q̄ fortè etiam est consuetu-
dine approbata; quem refert
Placa. lib. 1. delictorum, c. 19.
numer. 2. & Vinius in lib. com-
mun. opinion. in verbo, Assassi-
ni omnes. Capic. decisio. 155.
Grammat. rot. 8. & 9. Et dicit
Præct. Conradi, fol. 237. n. 1.

numero quinto, vbi declarat. Giach.
a Assassinus.] Boss. ut. de for. compet. num. 241. ubi etiam
aliter ampliat. Vide Decian. tract. crimin. tomo 2. libro 9. cap.
30. & tom. 1. lib. 4. cap. 26. num. 17. Farina. de eius mat. q. 123.
uolum. 4. in spec. 1. numero primo, & sequent. secunda in spe.
num. 19. & in spec. 3. nu.
46. & in spec. 4. num. 47.
& 5. in spec. nu. 133. lib.
1. com. opin. verb. Assas-
sinij, fol. 30. cum ibi ad-
ditis, præcipuè Gabr. lib.
7. commun. opin. concl.
1. Bal. conf. 384. libro 5.
Farinac. d. q. 123. in spec.
2. nu. 26. & 27. vbi etiam
de ratum habente, & d.
in spec. 4. n. 77. & 79. ite-
rum de mandante, & nu-
mer. 119. & 128. & in
spec. 5. nu. 147. Ros.
a Assassinus.] Adde
qui t̄ dicantur Assassi-
ni, & vnde effluxerunt
per Menoch. de arbitra.
iud. cas. 360. num. 41. Et

in materia istius delicti, vide Gabr. in libro 7. conclus. 1. vbi
plenissimè, & inter alia habetur, quod t̄ uenerans pro pec-
unia non committit assassinium, si non sequatur mors; &
ita etiam tenet Ioan. Anton. de Nigr. in cap. septimo frequens
sub num. 68. uerf. quod si quis mandauit, licet Alexan. in con-
sil. 166. circa fin. uolu. 7. contrarium tenuisse uideatur. Vide
etiam Mascard. de probation. conclus. 137. & 138. part. 1. ubi
latissi-

latissime, quomodo probetur assassinium, & quis sit assassinus. Et dicit Alciat. in conf. 1.1. n. 17. lib. 1. quod ad hoc, ut quis dicatur assassinus, oportet non simpliciter quod delinquit per pretium, quia etiam milite hoc modo essent assassini, sed quod sciipiat mandatum occidendi hominem pretio conuento. Et ibi tenet etiam, quod pirata non dicitur assassinus, ponendo multas differentias inter piratam, & assassinum. Et in materia assassinij, vide etiam Monticell. in reg. suis cri. mi. reg. 8. ubi ponit multas ampliat. & limitat. & Vin. com. conclu. in ver. assassini.

Item adde, quod assassinus non est is, qui propriam iniuriam vlciscitur, socijs pecunia conductis, ut per Hier. Gabriel. consil. 170. nu. 13. ubi respondet ad consil. Angel. 14. Ibi enim aderat mandatum, & promissio pecunie; & per eundem Gabr. ibi. nume. 18. habetur, quod assassinium non facit generalis, & incerta promissio; & num. 21. quod assassinium expensam non inducunt, sed aliquid remanens, quod lucrum attulerat. Sed per consil. Neapolit. contrarium fuit decisum. Franc. decis. 176. & quod incerta promissione assassinium non inducatur, tenuit etiam Io. Ant. de Nigr. in cap. frequens numero 73. Et ad probandum assassinium, non sufficit probare promissionem pecunie; sed necesse est probare conuentionem habitam de committendo homicidio: & sic, quod assassinus mandatum acceptauerit: alias non diceretur assassinus. Ita tenet Baldus in consilio 383. Bertonus volum. 5. & clarius in conf. 98. volum. 1. Grammat. in vot. 1.1. num. 19. & in conf. 1.1. num. 50. cum alijs sequent. post decis. & Carrer. in sua pract. §. circa num. 33. Sed ego arbitror, quod non requiritur probatio acceptationis, si secutum sit homicidium; ex quo nedium probatur acceptatio, sed etiam mandati executio, ut patet ad sensum, quia ab effectu secuto, cognoscitur contrahentium intentio, vulgata regula, & an in hoc crimine admittatur reuocatio mandati, vide Couarr. in clem. si furiosus par. 2. nu. 6. & 9. & Io. Ant. de Nigr. in d. c. frequens. n. 68. cum sequent.

Item adde, quod assassinus minimè dici potest, qui spe, vel gratia adductus, sine promissione delinquit, ut alteri morem gerat. Io. Ant. de Nigr. in cap. 107. num. 70. Aret. consil. 167. num. 17. Gabr. commun. conclus. libro septimo, conclusione 1. numer. 34. & Viu. opin. 74. vers. 3. quod assassini: nec committeret assassinium, si mandaret his verbis: *Cbe non li mancarabbe mai a suoi bisognj* secundum Vulpel. in conf. 143. ubi dicit etiam, quod nec accipiens pecuniam pro expensis in officio faciendis dicitur assassinus, nec accipiens dono vnū par caligarum: Carrer. in pract. §. homicidium, numero 13. nec dici potest assassinus filius, qui reuerentia paterna homicidium commisit sine promissione pramij; Baldus in consilio 156. vol. 2.

Item adde, quod illa pecunia, quæ datur assassino, applicatur illi, propter quem fuit data, ut offenderetur, Roman. singul. 333. incip. pecuniam per text. in l. 3. §. illud. ff. de calumniat. & Boer. in decisione 153. num. 23. & per Doctorem, in l. 1.

scilicet quod imò comprehendat omnes, ut dixi, est commun. opin. ut attestatur Bosl. in tit. de mandato ad homicid. num. 16. Bene verum est (ut dixi) quod ad hoc, ut quis proprie dicatur assassinus, & consequenter in eolocom habeat depositio d. c. requiritur, quod ille interfecit esset Christianus; ita dicit Io. Andr. in d. c. 1. que sequitur commu. Doct. ut attestatur Alex. conf. 166. in fin. lib. 7. & Pract. Carrer. fol. 290. post nu. 15. Et hæc sententia est omnium consensu stabilita, ut dicit Placa in d. c. 19. nu. 8. Nam ubi agitur de imponenda pena alienius constitutionis specialis, requiritur, quod concurrant omnes qualitates, de quibus in ipsa constitutione, ut dixi infra hoc eo. lib. 5. fin. q. 85. vers. ubi agitur. Et subdit Io. Andr. propter hoc se euasisse quandam imprudatium de assassinio, ex eo quod in processu non fuerat proba-

ff. de condit. ob turp. caus. vel hæredibus interfecti, etiam lite non contestata cum assassino, quia eius hæres, non contestata lite, tenebitur restituere illam pecuniam ipsi offerio, uel eius hæredi: & hoc propter inhumanitatem criminis, text. cum gloss. & Angel. in leg. prima, §. final. ff. de eo, per quem fact. fuer. & ibi Alexand. Capic. decis. 155. col. final. Bologn. consilio 8. col. 3. Mar. in l. is, qui cum te. lo, num. 75. C. de ficar. 10. Item adde, quod non dicitur, assassinus occidens sub spe equi, quem existimet fore, ut sibi do netur à mandante, Bald. consilio 383. libro quinto. Alciatus consil. 1.1. nu. mer. 11. lib. 1.

Item adde, quod interficiens aliquem spe con sequendi bona, & hæreditatem occisus, non dicitur commisisse assassiniū, Grat. consil. 3.2. num. 45. & seq. uol. 2.

Item adde, quod in hoc crimine assassiniū non admittitur appellatio, Capic. d. decis. 155. n. 25. in 7. special. Baiard.

Comprehendat omnes. Farin. d. q. 123. in spec. 2. num. 21. & 22. & ante eum Vulpel. resp. 243. Ros.

Bene verum est. Adde, quod ad hoc, ut quis proprie dicatur assassinus, opus est, ut interfecit fuerit Christianus, quod etiam attestatur hæc est de consuetudine.

Item adde, an in dubio interfecit præsumatur Christianus, uel Paganus, uel Iudæus, Afflic. in consil. si damna clau destina. 15. notab. ubi per gloss. in cap. presbyteri, conclusit, quod in dubio præsumatur Christianus; at quando dubitatur de baptismo uiuentis, non præsumitur baptisus: & ibi uide omnino circa huiusmodi præsumptionem; & baptizatus præsumitur, qui Christianis parentibus, & natus inter Christianos fideliter conuersus, donec euidentissimis contrarij argumentis probatum fuerit, capit. si nulla extant, de consecrat. dist. 4.

Item adde, quod ad probandum baptismum uni testi creditur, Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 272. numer. 11. & quomodo probetur, quem esse baptizatum, late per Mascard. in conel. 163. Baiar.

Non fuerat probata. Farinac. d. c. inspect. 4. num. 133. & 138.

Licet enim verè. Nemo nascitur Christianus, & tamen esse præsumitur natus inter Christianos, dicitur numero 183. Ros.

Vbi tamen reus. Adde rationem, quia cum dispositio, capit. 1. de homicid. in 6. non sit æquè proportionabilis Christiano, & infedeli, non extenditur ultra Christianos, Ias. in l. si infidam, numero quinto, de uerb. oblig. & idèd hinc inferitur, quod stante statuto, unico tantum testi idoneo credi cum accusatore; illa qualitas idoneitatis in teste articulari, & probari debet, Vulpel. consil. crimin. 40. num. 3. Allegat. Alexand. c. 32. uol. 4. Dec. conf. 27. & conf. 32. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. num. 5. Drog.

Episcopus. Item, quod assassinus amittat omne priuilegium etiam clericale, intantum, quod assassinus clericus cognos-



cognoscitur, atque puniatur per iudicem laicum habet: per Carer. in pract. crim. §. Homicid. 5. nu. 10. qui nu. seq. usque ad nu. 14. declarat, & probat, consil. de qual. assassini, nu. 16. dicit non requiri degradationem. Giach.

Episcopus. Farin. d. inspect. 2. nu. 25. Ros.

Sed quero, quæ sit pena assassini? Respon. quod tales sunt diffidari a toto populo Christiano, & c. ut est text. in dicto cap. 1. Debet autem assassinus puniri pena mortis: & secundum aliquos debet trahi ad caudam equi, prout in pluribus locis vsu, ac consuetudine receptum esse attestatur Socin. quem refert Placa in d. c. 19. nu. 5. Dicit tamen pract. Carer. f. 394. nu. 35. hodie assassini per frustra scinduntur; & q. Iudices hæc pena vsuntur propter criminis immunitatem, et ad terrorem aliorum.

Item licet assassinus confugiat ad Ecclesiam, non tamen est tutus eius immunitate, de qua dixi infra hoc eod. lib. 5. fin. q. 30. sed potest inde extrahi per quemcumq. Iudicem secularem. Et hæc est crebrior apud oēs recepta opi. ut dicit Placa in d. c. 10. nu. 24.

Præterea quamuis regulariter in criminalibus regularantur probationes luce meridiana clariores; tamen in hoc delicto propter eius immunitatem sufficiunt probabilia argumenta, & etiam ad condemnandum, ita expresse dicit text. in d. cap. 1. & est communis opinio, ut dicit Ros. in tit. de conuictis, num. 55. & in tit. de indic. num. 201. Quod intellige non solum ad condemnandum pena extraordinaria, sed etiam ad condemnandum pena corporis afflictiua. Et hoc constitutissimum esse attestatur Placa in d. c. 19. num. 16.

Scias etiam, quod quamuis regulariter ex generali consuetudine Italia non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, ut dixi in d. §. fin. q. 92. tamen in crimine assassinum puniatur conatus, etiam si effectus secutus non fuerit. Et ita in facti contingentia consuluit Ang. conf. incip. in q. præmissa. Et hoc frequentissimo omnium consensu receptum esse ait Didacus reper. clem. si furiosus, fo. 189. vers. Secundo proponitur. Hanc etiam dicit esse frequentiori calculo receptam sententiam Gonius de immu. eccl. f. 143. in 15. fall. post numerum 8. quem refert Placa in d. cap. 19. nu. 9. Et ita obseruatum fuisse in facti contingentia per cur. Neapol. refert Afflic. super 1. par. const. regni, rub. 12. nu. 11. fin. in quodam assassino, qui cum dardo ballistæ dedit in arzone sella equi illius, quæ volebat interficere, nec tamen eum offendit: quem refert, & in eandem sententiam consuluit, Gramm. voto 9. Idem etiam seruauit cons. Neapo. in persona cuiusdam notarij Marci, qui fuit furcis suspensus, licet mors vulnerati per assassinum secuta non fuisset, teste Cap. c. decis. 155. notarius Marcus. Idem etiam seruatum fuisse Mediolani refert Chas. qui tunc se dicit fuisse Vicarium Capitanei Iustitiæ super consuetud. Burg. fol. 14. post nu. 7. & fol. 44. nu. licet etiam ampliationes, atq. limit. uide per eundem Carer. illic per totum, qui nu. seq. limitat etiam, nisi in occultis tractatibus & prodicionibus: nam in his promptior esse debet Iudex ad tortutam ob probationis difficultatem, cum tales tractatus in secreto fieri soleant. Giach.

Etiam ad condemnandum. Et probant testes recepti lite non contestata per Carer. ubi supra num. 10. Vide etiam per Carer. in pract. §. Homicid. 1. nu. 12. 13. 14. & §. 5. num. 8. ubi plenius. Giach.

Scias etiam quod quamuis. Farin. d. q. 123. inspect. 4. nu. 77. ubi inspect. 5. nu. 133. de eius assassini excusatione pertractat. Ros.

Scias etiam quod quamuis. Adde quod imò attèta tali consuetudine, non seruatur rigor, Ias. qui cum telo, C. ad l. Iul. de Sicar. quæ lex punit affectum, dixi infra in §. Homicidium, uerf.

quando istud crimè, per socios crim. probari non possit, Burf. consil. 192. & quomodo tale crimen assassinij probetur, uide omnino Mascar. de probat. c. 13. & 138. uol. 1. & ibi, an testes probet, si examinati fuerint, par te concitata. Baiard.

Tamen in hoc delicto. Itè aduerte, quod crimè, & atrox, per Roland. in conf. 14. num. 14. uol. 4. Et quod in enormibus li 25 cet quæ iura transgredi in puniendo, non in procedendo, quia in enormib. debeat eæ solemnitates seruari, quæ in alijs criminibus seruantur, ut per Grā mat. uot. 34. num. 23. 24. quæ refert, atq. sequitur Carrer. in pract. crim. ante num. 182. loquens in criminibus exceptis, quæ etiam post citatos, declarat hoc intelligi in maioribus magistratibus, non autem in minoribus: Et qui dicantur maiores Magistrat. uide per Ias. in l. 1. C. de precib. Imp. offer. post numer. 8. & ad eundem eff. quod in criminibus, & exceptis, sint in procedendo seruandæ solemnitates, quæ in alijs criminibus seruantur, ut amplectur etiam si officialis habeat arbitriū, non potest torqueri sine indicijs. Itè etiam si iudex mādasset iudici inferiori, ut torqueat etiam nullis indicijs præced. & de facto: nam non potest hoc facere, sed debet procedere iuris ordine seruato, & replicare Principi. Alias etiam ampliationes, atq. limit. uide per eundem Carer. illic per totum, qui nu. seq. limitat etiam, nisi in occultis tractatibus & prodicionibus: nam in his promptior esse debet Iudex ad tortutam ob probationis difficultatem, cum tales tractatus in secreto fieri soleant. Giach.

Etiam ad condemnandum. Et probant testes recepti lite non contestata per Carer. ubi supra num. 10. Vide etiam per Carer. in pract. §. Homicid. 1. nu. 12. 13. 14. & §. 5. num. 8. ubi plenius. Giach.

Scias etiam quod quamuis. Farin. d. q. 123. inspect. 4. nu. 77. ubi inspect. 5. nu. 133. de eius assassini excusatione pertractat. Ros.

Scias etiam quod quamuis. Adde quod imò attèta tali consuetudine, non seruatur rigor, Ias. qui cum telo, C. ad l. Iul. de Sicar. quæ lex punit affectum, dixi infra in §. Homicidium, uerf.